



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Inquirenda de Regularibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

bus conditionibus concessæ sint, an illas adimpleuerit: & si ob aliquam causam, puta inimicitiz, an illa cessauerit. Et

hæc videnda sunt etiam cum extero non beneficiato, vt supra dictum est.

## CAPVT XIII.

### Circa pensionem obtinentes.

**Q**UOD verò ad obtinentes pensionem aliquam Ecclesiasticam pertinet, in primis videndum est:

An Canonice sit imposita.

Gig. de pension. c. 4. & 5. Spec. de vit. & hon. Eccl. lib. 4. c. 31.

An licita sit, vel illicita: quando autem licita sit, vel non, tradit *Gig. in tract. de pensionibus* præcipuè cognoscat, quæ causa occasione uè imposita sit: & an aliquis Simoniacum intercesserit, & an fuerit impetratum beneficium, vt renunciaretur cum pensione contra

*stitutionem Pauli IV.* Hoc enim casu est excommunicatio ipso facto. Constit. 34.

An qui eas obtinent post *Bullam Pij V.* Officiū Beatissimæ Virginis recitauerint, & qui à recitatione defecerint, an fructus malè perceptos restituerint.

An Ordinatus sit ad titulum illius pensionis.

Potest etiam inquiri de illo, qui extinxit pensionem, an cum facultate Summi Pontificis id factum sit.

## CAPVT XIII.

### Inquirenda de Regularibus.

Concil. Trid. sess. 5. c. vlt. Conc. Prou. 6. tod. d. sess. 5. c. vlt. Conc. Prou. 6. tod. Conc. Prou. 1. de prædic. verbi Dei. Conc. Prou. 1. quæ ad fid. Constit. 114.

**D**E Regularibus à Vicario Voraneo, à Parocho, & ab alijs pijs Viris inquirere potissimum.

An prædicent, sine facultatis, benedictione seu testimonio, etiam in locis, vbi spiritualem, temporalemque iurisdictionem habent.

An hæreses, scandala, aut errores prædicauerint.

An collectam inter concionandum proponant, faciant uè.

An concionator se ipsum commendet elemosynæ causa.

An publicent indulgentias sine Episcopi consensu.

An professionem fidei præstiterint omnes, qui eam præstare tenentur, vi-

delicet Professores, Concionatores, & Confessarij ad præscriptum *Bulle Pij IV.*

An audiant confessiones sine facultate scripta: Est enim poena excommunicationis.

An se ingerant in casibus reservatis sine Episcopi facultate contra *Constitutionem Pij V.*

An relaxent publicam poenitentiam sine Episcopi consensu.

An conueniant ad processiones generales in Parochia, vel in plebe, vbi habetur Monasterium.

An in eorum Ecclesia imagines sacras insolite pictæ sint, vel veritati non conuenientes, vel aliàs contra *Sacrum Concilium Tridentinum.*

Cont. Prou. 1. quæ ad sac. poenit. Constit. edita die 10. Aprilis 1572. Conc. Prou. 3. quæ ad sac. poenit. Conc. Trid. sess. 24. cap. 8. Decl. Apost. vt in lib. instit. fol. 97.

Sess. 15.  
de innoc  
Sanct.  
Conc.  
Trid.  
sess. 5, c. 1.  
Conc.  
Trid. sess.  
6. 12. de

An in Monasterio Monachorum, ubi commodè fieri potest, Lectio Sacre scripturæ habeatur.

An seruent, & publicent censuras latas ab Episcopis.

An item festa per ipsos inducta.

An mulieres claustra Monasteriorum ingrediantur contra Constitutiones Fij V. & Gregorij XIII.

regul.  
Fulch.  
lib. 1. c.  
15. nam  
62. d.  
c. p. 12.  
Concl.  
22.  
Concl.  
36.

## CAPVT XV.

### Inquirenda quoad Confratres.

**I**NQUIRATUR in primis de titulo, & quia ratione ita appelleretur, & si sit ex ijs, quæ sunt sub protectione Regum immediatè, seruetur limitatio Concil. Trid. sess. 21. c. 8. Schola à quo, quando, & quare fuerit instituta, seu erecta: & institutionis literæ à quo Notario fuerint confectæ; vel saltem an approbata, à quo, & quando, & à quo Notario literæ approbationis, confirmationisue confectæ fuerint.

Quæ sint eorum instituta, & an approbata, quâdo, & à quo: & an, & quomodo de approbatione illorum cõstet.

An illa seruari nitantur: præcipuè, an frequenter peccata sua confiteantur, & sanctissimum Eucharistia Sacramentũ suscipiant.

An ad processiones conueniant.

An tunc vultu cooperto incedant.

An cum birreto, seu pileo super caputio.

An diebus solemnioribus ad Parochialem Ecclesiam accedant ad audiendam Missam.

An Sacerdotem patrem, & ducem in spiritualibus habeant: & an omnes coram vno, & eodè peccata confiteantur.

An sint Officiales, quot, & qui, & eorum officium.

An, quando, & quomodo renouentur, & An à Præfecto, vel à Vicario foraneo confirmentur.

Scholares quot sint, & an omnes in libro descripti, & quomodo recipiantur, & an soluant, vel promittant aliquid in ingressu, & quid, & quare.

An, quando, & quomodo congregentur. An inter illos sint aliqui rixosi, ac male viuentes.

An bona Confraternitatis vsurpantes, vel etiam conducentes.

An bona rectè administrantur.

An redditus distribuuntur secundum voluntatem defunctorum, & secundum institutum eorum.

An cõmessationes die festo, vel aliàs, faciant, præcipuè de bonis Confraternitatis.

An, & quæ onera habeant, & an illis satisfieri curent.

An Eleemosynam quærant, & an cum facultate.

An tempore Missæ, & diuinorum officiorum in Ecclesia, & an quotam partem Quæstuario assignent.

Et quomodo impendantur.

An omnia in librum ordine referant.

An Thesaurarius singulis annis rationem reddat præseente Præfecto, vel Vicario Foraneo.

An nomina debitorum ad Visitatorem deferantur.

An suppellex Ecclesiastica decenter asseruetur, & ubi, & à quo: & hoc videat idem Visitator.